

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Amico cuidam S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Exposui igitur homini, quid ad uos scripsissem: an  
 possit adduci ad suscipiendam provinciam docen-  
 di ciuium uestrorum liberos. Satis leniter mihi re-  
 spondit: Cupere se de tota re certiore fieri. Dedit  
 igitur ei hanc epistolam, ut te admonerem, ut si ita  
 uideretur uobis, in tempore cum eo paucis pacifice  
 remini. Neminem in utraq; schola, meo iudicio, ma-  
 gis idoneum inuenietis. Quamquam illius ea est do-  
 ctрина & probitas, ut tranquilliori conditione di-  
 gnus sit, quam est scholastica seruitus. Difficile &  
 periculi plenum negocium est, regere ingenia au-  
 lica. Quæso ut cures rem diu non extrahi, aut dif-  
 ferri. Ego miserè ualeo: clam cura conficior. Dia-  
 lectica tuorum puerorū hic pulchrè emēdatur, &  
 recudetur. Vale foeliciter. Postridie Calendas Iunij.

Amico cuidam S. D. *R. E. C. I. II, 162.*

Esi inuitus te ab Academia, & à dulcissima con-  
 suetudine tuorum abduco: tamē optarim te nobis-  
 cum profectū esse. Cum enim multa scribenda sunt,  
 non solum manu tua, sed etiam consilio nos iuu-  
 re potuisses. Heri, Dei beneficio, grauius & piē di-  
 ctæ sunt sententiæ à delectis, inter quos multi sunt in-  
 tegerrimi uiri, &c. Et decretū est, ut doctrina pu-  
 ritas in Ecclesijs retineatur: nec recipiantur corrup-  
 tæ, quas continet Interim. Spero igitur exitum  
 conuentus Mosorum, et in his regionibus Ecclesia

y a rum

rum paci profuturum, & exemplum uicinos confirmaturum esse. Hæc legas ac dicas Pastori, et ceteris amicis, quorum omnium uotis ac precibus commendari nos et Ecclesiam Deo uolumus. Nunc breuius scribo, quia alia quædam componenda erant. Vult N. & causas nostri consilij sibi mitti. Errant omnino, qui fucosis conciliationibus tolli dissidia in Ecclesia posse existimant. Quia manet bellum ἀπορροῦ inter diabolam & filium Dei, ut scriptū est: Inimicitias ponam inter serpentē & semē mulieris. Oro igitur filium Dei, ut nostras mentes regat & adiuuet. Postquam Augustæ rescuerunt τὸ ἡεφάλαρον τῆς ἀνωσεύους à me reprehensum esse, miserunt ἰκανόθωσιρ, quæ fuit ineptior libro. Hospiti nostro et Fabricio grata fuit tua saluatio, ἡαι ἀπώστραι σε πᾶντες οἱ πᾶρ ἡυῖρ δὲ οὐβᾶς ἀὺ δῆς. Nostris familijs salutem opto. Bene uale. Die 4. Iulij.

Nobili adolescenti, & cū in dōle honorificentissima prædito, tum in optimis studijs uersanti, I. R.

S. D.

Quod meis literis tam amanter respondisti, iucundissimum mihi est. Delector enim amore tuo, et quia indolem & ingenium tuum ad uirtutem natura excitatum probō, & quia te propter singularē benemo-